

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Dominica III post sancti angeli: beatus Iohannis episcopus: sermo de
misericordia

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

nonsolum dixit. diliges dñm
dñm tuum intoto corde tuo. &
intota anima tua: sed addidit.
diliges proximum tuum sicut
te ipsum. qui erat ipse. Alio
quin. si ad solam interrogatio
nem eorum respondisset. suf
ficeret dicere. diliges dñm dñm
tuum. & non adderet proximu
tuum sicut te ipsum.

Secundum quod alibi dicit.
Haec est uita aeterna. ut cognos
cant te solum uerum dñm. &
quem misisti ihm xpm. Et
uide quia non dixit. cognosces
dñm dñm tuu. sed diliges.

Quo cognoscere unum dñm. paene
proprium est humanae naturae.
diligere autem eum religiosi
cordis & recti. Et quicumq;
dilexerit dñm ex corde. non est
possibile. ut non perueniat ad
filii eius agnitionem. id est
proximi. Ipsa enim dilectio
dñi quae in eo habetur. inlumi
nans eum. prestat ei ducatum
ut post patrem cognoscat &
filium. In his duobus mandatis.
uniuersa lex pendit & propheta.

Qui proximum suum diligit. nec
occidit. nec mentitur illi quem
diligit. nec falsum testimoniū
dicit de eo quem diligit. nec con
cupiscit rem illius quem diligit.

nec mulier eius inuadit.
Sicut odium omne malum sug
gerit. sic dilectio omne bonum.
Vnde ait apostolus. Et fidem
quae per caritatem operatur.

Aut ita. Quo de patre & filio
omnis propheta rum & legis
pre dictio existebat. per quos
prophetas agnoscent quis proxi
mum suum. hoc est filium dñi.
ad primum & magnum manda
tum perueniebat. ut diligeret
dñm dñm. melius cognoscent
eum per ipsum.

Lxxi **DOM III. P. SCIANCEL.**
SERMO BEATI IOHAN



**NIS IPI DIMI
SERICORDIA
RIA SUNT**

quae in misericor
diae opere optanda
sunt xpiano. ut possit
facere. ut uelit. ut com
plect. Ut possit id est
ut substantia faciendi non desit.

Ut uelit. hoc est uoluntas ad sit
qua faciat. quia substantia
non desit quae fiat. Tertia est
ut complect. id est ut quae
possit & uelit. sine dilatione
perficiat. His enim tribus.
opus tantum tanque preda
rum impleatur. Nam sunt
qui possunt facere. sed nolunt.

sunt qui uolunt & non possunt.
sunt qui & uolunt. & possunt.
sed differendo non faciunt.

Ceterum qui potest facere. oret
ut uelit. Et qui uult facere.
oret ut possit. Et qui in
utroq; paratus est. det operam
ut misericordiam instanter
efficiat. ne quod uult & potest.
differendo non compleat.

Est enim misericordia. salutis
presidium. fidei ornamentum.
propitiatio peccatorum.

Haec est quae iustos probat. scōs
roborat. dī cultores ostentat.

Cuius exercitium. laetum efficit
dñm. placatum exhibet xpm.
dum cernit subsidus huiusmodi
foueri pauperem. inopem sub
leuari. Haec misericordia
cum acunctis impleri praecipit.
tamen maxime ab his qui
signati sunt. ut dent quam acci
piant. tribuant quam sumant.
donent alius. quam ipsi indige
ant. Ceterum. non potest
ille misericordiam facere. qui
possessionibus longe lateq;
diffusis. in confinio alium possi
dere non patitur. Dum ter
minos iungit. fines producit.
calumniatur pauperi. mediocre
premit. uicinum excludit.
& omnes circum circa positos.

infestando. ac persequendo.
depellit. Quoniam acquirit.
nisi alius fleuerit. lucra non
condit. nisi alius genuerit.

Cui soli bonum est. quod publicū
malum est. dum aut fructus
seruat. aut annonam captat.
aut inflat praetia. aut fenus
exgerat. dum acquirendi
lucra. per nocendi exquirat in
gema. Potest ne talis. mise
ricordiae implere officia.
cui pupillorum dulcis est genu
tus. & uiduarum suauis est fletus.
dum preda huiusmodi pascitur.
& spoliis talium delectatur.

Qui diues est. arca. non merito.
possessione. non genere. nomine
non dignitate. Potest ne
misericordia tangi. aut huma
nitate moueri. cuius auaritiae
nec proprium sufficit. nec modū
inponit alienum. Qui & si
pauperi tribuat. hoc magis de
terior. si alii tollit quod alii per
tineat. & esurientis pane. esuri
entem pascat. & nudum. spoliis
uestiat alienis. cum scriptum sit.

Qui offert sacrificium ex substan
tia pauperis. sic est quasi qui
uictimam & filium in conspectu
patris sui. Ceterum ille uere
est diues. qui indō diues est.

Qui misericordia opulens. quam

diuitiis. facultates suas cum
 pauperibus diuidit. Qui locu
 pletem se dando. magis quam
 habendo ostendit. Qui ad hoc
 se meminit habere diuitias.
 ut feneretur dō. pascat xpm.
 uestiat dnm. Qui patrimoniu
 um suum non ingrato heredi
 quaerat relinquere. sed per
 pauperes illud xpo desideret
 commodare. Qui diuitias
 caelo magis quam mundo
 commendat. Qui desiderat
 potior esse opere. quam suae
 substantiae facultate. Qui
 thesauros suos ad superna trans
 mittit. qui ad hoc uiuit ut ope
 retur. qui ad hoc operatur. ut
 in eternum uiuere mereatur.
 Qui uiduarum casibus flectitur.
 & pupillorum miseria commo
 uetur. Qui dolentium causam
 suscipit. & arrogantiam super
 borum addicit. Ceterum
 habere nec facere. misereri posse.
 nec uelle. commendatum sibi
 deputat. quod per cruciatu
 suum ad heredem transmittat.
 Nec de suo miser permittitur
 tangere. quod post se futuro
 cogitur reseruare.
 Qui sollicitius seruat quam
 acquirit. molestius custodit
 quam rapuit. Suspirat enim

43
 uigilans acquirendo. suspirat
 dormiens reseruando.
 Nec uigiliae laetae. nec somnus
 securus. nec dies laetus. nec nox
 quieta est. Discurrit. torque
 tur. & gemit. & quasi illi pro
 ficiat quod acquirit. sic augere
 desiderat. quod alii cum suo
 cruciectu relinquit. ut quale
 fuerit patrimonii pondus. talis
 solitudinis habeatur & cumulus.
 Sed dicit e contrario de mediocribus
 aliquis. Ego misericordiae
 instanter implerem officia. ego
 inopes pascerem. egenos fouere.
 nudos uestirem. ego pauperi
 bus necessaria uictus impen
 derem. nec a me inanis quisquam
 aut sine fructu discederet.
 si mihi facultates suppeterent.
 diuitiae adessent. copiae redun
 darent. At cum mihi neces
 saria desint. cum operandi
 facultas necessitate habendi
 interdite sit. cur mihi ad
 dendi sterilitas imputetur.
 aut miserendi cessatio succense
 tur. Sed audi quisque hoc loque
 ris. & excusandi causas quas ob
 tendis omite. Nullus miser
 est. nisi qui misereri noluerit.
 Quia nec quisquam misereri de
 siderans. poterit non habere
 quod tribuat. Nullus petente

pauperem poterit inanem
relinquere. nisi qui ei noluerit
commodare. Non enim mi-
sericordiae definita sunt pretia.
aut nisi quis multum dederit.
acceptabile esse quod datur
non poterit. aut inopes tantū
a quoquam exposcunt. quantū
qui poscuntur dare non possunt.
aut ex modico multum. aut
de exiguo plurimum dare
quispiam cogitur. cum liben-
ter ex modico. modicum ad-
tributum. diuina pietas gra-
tuletur. Denique uidua
heliā ex modico pascit. & id
ipsum quod habuit finire non
potuit. Suppremi uictus
dando non desunt. & diuitum
horrea finiuntur. Modicū
olei erogatur nec deficit.
& peccatorum apothecas.
penuria famis exhaurit.

Misericordia uiduae seruat.
quod peccata locupletum ex-
terminant. Modica diuitis
meciōra sunt. & diuitiae. pau-
pertate uiduae superantur.

Ita enim & iustis alimenta non
desunt. ut peccatoribus sub-
sidia denegantur. Deniq;
audi dñm uocem uiduam in eu-
angelio conlaudantem. quae
in dona dī totum quod habuit

misit. Amen inquit dico
uobis. uidua ista plus omnibus
fecit. Omnes enim isti de eo
quod abundauit illis fecerunt.
haec autem totum quod habuit
misit. Laudatur in modico
uidua. & diuitum non laudan-
tur oblata. Minimum
uiduae. diuitum opulentias
uicit. & uota diuitum. uotum
uiduae superauit. Diuites
enim ex multo modicum. uidua
uero ex modico. obtulit totum.
Vnde dñs diuitum & uiduae ope-
rationes expendens. non quan-
tum quisq; obtulerit. sed de
quanto quis fecerit. singulorum
animos & facultates ostendit.
& uiduam in opere perfecto
laudauit. Certabat enim
animo cum diuitibus uidua.
cum locupletibus pauper. me-
diocri cum opulentissimis. fide
ac deuotione certabat. sed un-
cit animo. deuotione superat.
Deniq; inuenitur potior. melior
conspicitur. maior omnibus
a iudice pronuntiatur.

Amen inquit dico uobis. uidua ista
plus omnibus fecit. Prouocaris
xpiane. prouocaris. & uidua
incertamen deducaris.
Haec enim uidua quae praesente
tunc xpō certauit. nunc quoq;

.. pauperem. deuotio faceret

cum omnibus certat. Et tamen
nescierunt tale qui uicti sunt.
quale nunc qui prouocantur
nouerunt. Quare taceant
steriles. aridi conticescant.
infructuosi aut mutentur aut
sileant. uidua quod fecit non
didicit. & steriles cotidie
discunt & non faciunt.

Quaesiuit uidua quomodo possit
praesentem dñm promereri.
quaesiuit quomodo possit potior
diuitibus inueniri. inuenit
causam. inuenit consilium.
ut quam natura fecerat diui-
tibus potiores. Et ne possit
quisquam non habendi excusa-
tione purgari. gratuita mise-
ricordiae indicantur officia.
ut ostendatur dñm etiam
ipsis pauperibus operandi in-
posuisse obsequia. Calicem
frigidae prophetae porrigere.
praemium prophetae pro-
mittitur. aegrotum uel con-
stitutum fratrem in carcere uisi-
tare. dñm uisitare est. Sicut
ipse dñs dicit. ut possit ex gratuita
promereri. quid substantia
non potest misereri. ut iam
constet pro qualitatibus homi-
num. misericordiae non debere
cessare officia. ut operantibus
possint praemia dispensari celestia.

Ut cum cooperint misericordes
expungi. & steriles condem-
nari. & misericors quam miser-
tus est gaudeat. & sterilis
poenas quas non sperauit inueniat.

LIC SĒI IŪA SĒC MATH.

In illo tempore. Dixit ih̄s discipulis
suis parabolam hanc. Simile
factum est regnum caelorum. homini
qui seminauit bonum semen in agro suo. & reliq̄.

**SERMO EXCOMMUNIAR
BIATI HIRO NIMI DE HA
DEM LECTIŌN**



Liam parabolam
proposuit illis
dicens. Simile
factum est regnū
celorum homini
qui seminauit
bonum semen

in agro suo. Cum autem dor-
mirent homines. uenit inimi-
cus eius & super seminauit
zizania in medio tritici. & reliqua.

Haec secunda parabola est cum
inter praetatione sua non statim
posita. sed inter iectis aliis para-
bolis edisserata. Hic enim
proponitur. & post ea dimissis
turbis uenitur domum. &
accedunt ad eum discipuli
eius rogantes. disserere nobis
parabolam zizaniorum agri. etc. q̄.
Non ergo debemus praeter propero